

Ad corinthios I.

deus non cognoscat singularia que sunt hic: ex quorum persona dicitur Job. 22. Circa cardines celi pambulat: nec nostra considerat. Ad hoc ergo vitandū dicit. (Si quis iter vos videtur esse sapiens in hoc seculo.) i. sapientia seculari que in eo quod contrariatur veritati fidei non est sapientia: licet videatur esse. (Stultus fiat.) abiciendo istā sapienzā appareret ut sit sapiens. i. secundum sapienzā dīnam que est vera sapienzā. Et hoc etiam observandum est non solum in his in quibus secularis sapienzā contrariatur veritati fidei: sed etiam in omnibus in quibus contrariatur honestati morum. Unde proverbia. 3. dicit. Deo seculum morante confortatus est etc.

Deinde cum dicit. (Sapientia enim huius mundi etc.) assignat rationē eius quod dixerat. Et primo ponit rationē. videtur enim inceptam monitionē fecisse ut aliquis fieret stultus et verecepta esset si stulticia illa de qua loquebatur esset per abnegationē vere sapiens: sed non est ita. Sapientia enim huius mundi stulticia est apud deum. Dicitur autē sapientia huius mundi que principaliter mundo inicitur. Nam illa que per res huius mundi ad deum attingit non est sapientia mundi sed sapientia dei: secundum illud Roma. primo. Deus enim illis revelavit. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Sapientia ergo mundi que sic rebus mundi intendit ut ad dīnam veritatem non pertingat stulticia est apud deum. i. stulticia reputatur secundum dīnam iudicium. Esa. 19. Stulti principes thenceos: sapientes consiliarii pharaonis dederunt consilium insipientes. Secundo probat quod dixerat per duas auctoritates: quarum prima scribitur Job 5. Unde dicit. Scriptum est comprehendā sapientes in astutia eorum. Comprehendit autē sapientes dñs in astutia eorum quia per hoc ipsum quod astutie cogitant contra deum. impedit deus eorum conatus et implet suum propositum sicut per maliciā fratrum Joseph volentium impedire eius principatum impletum est per dīnam ordinationem quod Joseph in egypto videtur principaretur. Unde et ante premissa verba dicit Job. Qui dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum quod ceperat: quia ut dicitur puer. 21. Non est sapientia non est scientia non est consilium contra dñm. Secunda auctoritas sumitur ex ps. vii dicit. Et iterum scriptum est. Dominus novit cogitationes sapientium. i. secundum sapienzā mundi quoniam varie sunt. quia. i. non pertingunt ad finem cognitionis humane que est cognitio veritatis dīne. Unde dicitur Sapientia. 13. Vanus sunt omnes homines in quibus non subest sapientia dei.

Deinde cum dicit. (Itaque nemo gloriatur in hominibus.) infert conclusionē principaliter intentam. scilicet quod non debeant gloriari de ministris dei. et primo concludit propositum ex predictis dicens. Itaque ex quo ministri nihil sunt sed laborant pro mercede. nemo gloriatur in hominibus: sicut et in psal. dicitur. Nolite confidere in principibus neque in filiis hominum in quibus non est salus. Et Jerem. 17. Maledictus vir qui confidit in homine etc. Secundo rationē assignat ex dignitate fidelium christi assignans ordinē fidelium in rebus. et primo ponit ordinē rerum ad fideles christi dicens. (Dia vestra sunt.) Quasi dicat. Sic homo non gloriatur de rebus sibi subiectis: ita et vos gloriari non debetis de rebus hominum mundi que omnia sunt vobis data a deo sed illud ps. Dia subiecisti sub pedibus eius. Exponit autē que omnia. iter que primo ponit ministros christi qui sunt divinitus ordinati ad ministerium fidelium: secundum illud 2. Cor. 4. Nos autem servos vestros per iesum. et hoc est quod dicit. Sicut paulus qui platanit. sicut apollo qui rigavit. sicut cephas. i. petrus qui est universalis pastor omnium christi. ut dicitur Jo. ultimo. Post hec ponit res exteriores. cum dicit. Sicut mundus qui est continentia omnium creaturarum qui quidem est fidelium christi. eo quod homo per res huius mundi vivatur vel quantum ad necessitatem corporalem vel quantum ad cognitionem dei: secundum illud Sapientia. 13. Magnitudine speciei et creature etc.

Consequenter ponit ea que pertinent ad ipsam hominis dispositionem dicens. (Sive vita sive mors.) quia. i. fidelibus christi et vita est utilis in qua merentur et mors pro qua ad premia perveniunt: secundum illud Roma. 14. Sive vivimus sive morimur etc. Et phil. primo. Mibi vivere christus est et mori lucrū. Ad hec autē duo reducuntur omnia bona vel mala huius mundi: quia per bona conservatur vita. per mala pervenitur ad mortem. Ultimo ponit que pertinent ad status hominis presentem vel futurum dicens. (Sive presentia.) i. res huius vite quibus vivimus ad merendum (sive futura) que nobis reservantur ad premium. Non enim habemus hic manentem civitatem sed futuram ingrimus. ut dicitur Heb. ultimo. Dia inquit vestra sunt. i. vestre utilitati deservientia: secundum illud Roma. 8. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Sic ergo primo ordo est christi ad fideles. secundus vero fidelium christi ad christum: quos ponit subdens. Vos autem christi estis: quia. i. sua morte redemit. Roma. 14. Sive vivimus sive morimur dñi sumus. Tertius ordo est christi secundum quod homo ad deum. ideo addit. Christus autem secundum quod homo dei est. Unde cum deum et dominum in psal. nominat dicens. Domine deus meus in te speravi. ut nomine dei tota trinitas intelligatur. Quia ergo nullus deus gloriari de eo quod infra ipsum est: sed de eo quod est supra ipsum: ideo non debent fideles christi gloriari de ministris: sed magis ministri de ipsis. 2. Cor. 7. Multa mihi fiducia est apud vos. multa mihi gloriatio pro vobis. Sed fideles christi debent gloriari de christo: secundum illud Gal. ultimo. Mibi absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu christi. sicut christus de patre: secundum illud Sapientia. 2. Glorietur se patrem habere deum.

CAP. III.

Sic nos existimet homo ut ministros christi: et dispensatores ministeriorum dei. Hic itaque queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Abibi autem pro minimo est ut a vobis iudicet aut ab humano die. Sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare quoad usque veniat dominus: qui et illuminabit abscondita tenebrarum: et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit unicuique a deo.

Superius redarguit apostolus corinthios de hoc quod de quibusdam ministris gloriabantur: hic autem arguit eos quod alios ministros contenebant. Et circa hoc duo facit. primo arguit eorum culpam. Secundo instat ad eorum correctionem ibi. (Non ut confundam vos.) Circa primum duo facit. primo arguit eorum temeritatem qua male de ministris iudicabant. Secundo arguit eorum elationem que christi ministros contenebant ibi. (Voc autem fratres.) Circa primum duo facit. primo ostendit quod sit de ministris christi firmiter sentiendum. Secundo quod non sit de eis temere iudicandum ibi. (Hic iam queritur inter dispensatores.) Dicit ergo primo. Dixi quod nullus vestrum debet gloriari de hominibus tamen quilibet vestrum debet cognoscere auctoritatem officii nostri ad quod pertinet quod sumus mediatore iter christi cui sumus. ad quod pertinet quod dicit. Sic nos existimet homo ut ministros christi. Esa. 61. Sacerdotes dei vocabimini ministri dei nostri dicitur vobis. et iter membra eius que sunt fideles ecclesie: quibus dona christi dispensant. ad quod pertinet quod subditur. Et dispensatores ministeriorum dei. i. secretorum eius: quod quidem sunt spiritualia eius documenta: secundum illud. infra. 14. Spiritus est qui loquitur mysteria. Vel etiam ecclesiastica

sacramenta in quibus diuina virtus secretis operatur salutes. Unde et in forma consecrationis eucharistie dicitur. *Mysterium fidei. pertinet ergo ad officium prelatorum ecclesie quod in gubernatione subdito soli christo seruire desideret: cuius amore oues eius pascunt.* Item illud Iohannis ultimo. *Si diligis me pasce oues meas.* Pertinet etiam ad eos ut diuina populo dispensent. Item illud Iosue 6. *Dispensatio mihi credita est. et in hoc sunt mediatores inter christum et populum.* Item illud Deuteronomio 5. *Ego sequester fui et mediator illo tempore inter deum et vos.* Nec autem estimatio de prelatibus ecclesie necessaria est ad salutem fidelium. nisi enim eos recognoscerent ministros christi non eis obediunt tanquam christo. Item illud Salomonis 4. *Sicut angelus dei excepistis me sicut iesus christum.* Rursum. *si eos non cognoscerent dispensatores recuserent ab eis dona recipere. contra illud quod idem apostolus dicit. 2. corinthios 2. Non donauimus si quod donauimus propter vos in persona christi.*

¶ Deinde cum dicit. *(Dic iam querit inter dispensatores.)* Ostendit circa ministros christi temere iudicari non debere. et circa hoc tria facit. primo ponit quod dicitur per quod iudicare sagunt de fidelitate ministrorum. 2. ostendit de hoc iudicio se non curare: sed deo referuare. ibi. *(Mibi autem pro minimo est.)* Tertio concludit prohibitionem temerari iudicij. ibi. *(Itaque nolite.)* Circa primum considerandum est quod ministrorum et dispensatorum christi quidam sunt fideles: quidam infideles. Infideles dispensatores sunt qui in dispensandis diuinis ministerijs non intendunt utilitatem populi et honorem christi et utilitatem membrorum eius. Item illud Lucie 16. *In iniquo manerunt fideles non fuistis.* Fideles autem qui in omnibus intendunt honorem dei et utilitatem membrorum eius. Item illud Lucie 12. *Quis putas est fidelis seruus et prudens quem constituit super familiam suam.* Qui autem sunt fideles diuino iudicio manifestabuntur in futuro. Sed corinthii temere volebant discutere: qui dispensatores essent fideles vel infideles. et hoc est quod dicit. *Dic hoc est inter vos.* Iam. 1. in presenti tempore querit. 1. discutit. *Ut quis. 1. aliquid inter dispensatores fidelis inueniat.* Iudicabant enim plures esse infideles: vix aliquem virum putantes esse fidelem. Item illud Iohannis 20. *Multi viri misericordes vocantur: virum autem si delem quis inueniet?*

¶ Deinde cum dicit. *(Mibi autem pro minimo est.)* Ostendit se hoc iudicium reputare nihil. et circa hoc tria facit. primo ponit quod non curat circa hoc ab alijs iudicari dicens. *(Mibi autem pro minimo est inter dispensatores pro minimo est.)* 1. minima bona reputo. *Ut a vobis iudicet. 1. esse fidelis vel infidelis.* Et ne putaretur ab apostolo hec dici in eorum contemptum: ac si eorum iudicium despiceret quasi vilius personarum subiugit. Aut ab humano intellectu quod dicitur hominibus. Item illud Iohannis 11. *Qui ambulat in die non offendit: quia luce huius mundi videt.* Vel ad litteram. Aut ab humano die. 1. ab intellectu in hoc tempore iudicantibus. quod dicitur vestrum: vel quorumcumque hominum iudicium parum curo. Ieremie 17. *Diez hominis non desideravi tu scis.* **¶** Est autem sciendum quod de iudicio hominum dupliciter dicitur curari. vno modo. *Quibus ad alios qui ex eorum bono: vel edificant: vel scandalizant. et sic sancti non pro minimo sed pro magno habent ab hominibus iudicari cum dominus dicat. Matthaeus 5. Videat opera vestra bona et glorificet patrem vestrum qui in celis est.* Alio modo. *Quibus ad seipsos: et sic non curant multum: quia nec gloriam humanam cupiscunt.* Item illud Iosue 1. *Thesaurus. Neque gloriam ab hominibus querentes: neque aliquid a vobis: neque ab alijs.* Neque opprobrium hominibus timet: Item illud Esaias 51. *Nolite timere opprobrium hominum et blasphemias eorum ne timeatis.* Unum apostolus signatim dicit. *(Mibi autem 2c.)* 1. *Quibus ad me pertinet. non autem id pro nullo est: sed pro minimo: quia bona temporalia: inter que bona fama reputat: non sunt nulla bona sed minima: ut Augustinus dicit in libro de libero arbitrio. Unum et sapientia. 7. De aurum in comparatione illius arena est exigua.* Secundo

ostendit quod neque seipsos iudicare presumit dicens. *(Sed neque meipsos iudico.)* **¶** Videtur autem hoc esse id quod infra. 11. dicitur. *Si nosmetipsos diiudicarem non utique iudicaremur.* Debet ergo quilibet iudicare seipsos. **¶** Sed sciendum est quod iudicio discussionis de quo apostolus hic loquitur quilibet dicitur iudicare seipsos. Item illud psalmi. *Exercitabar et scopebam spiritum meum.* Et sicut iudicio damnationis et reprehensionis in manifestis malis. Item illud Iob 13. *Argua coram eo vias meas. sed iudicio absolutionis non dicitur aliquis presumere se iudicare: ut innocenter. Unum dicitur Iob 9. Si iustificare me volueris: os meum condonabit me. si innocenter considero prauum me contra probum. cuius rationem assignat dicens. Nihil mihi conscius sum. 1. non habeo alicuius peccati mortalitatis conscientiam. Item illud Iob 27. *Neque reprehedit me cor meum in omni vita mea.* Sed non in hoc iustificatus sum. 1. non sufficit ad hoc quod me iustum pronunciet: quia possunt aliqua peccata in me latere que ignoro. Item illud psalmi. *Delicta quas intelligit: Et Iob 9. dicitur. Et si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea.* Tertio concludit cui hoc iudicium reseruet dicens. *(Qui autem iudicat me dominus est.)* 1. ad solum deum pertinet iudicare vtrum sit fidelis minister an non. Item enim pertinet ad intentionem cordis quam solus deus poterat potest. Item illud Ieremie 16. *Spiritus poterat deus dominus.* Et Ieremie 7. *Pratum est cor hominis et scrutabile. quod cognosceret illud: Ego dominus probans renes et scrutans corda.**

¶ Deinde cum dicit. *(Itaque nolite 2c.)* Concludit prohibitionem temerari iudicij. Et circa hoc tria facit. primo prohibet peruenire diuinum iudicium dicens. *Itaque exemplo meo qui neque meipsos iudico: neque ab alijs iudicari curo: sed iudicium meum deo reseruo.* Nolite ante tempus iudicare: quia ut dicitur Ecclesiastico 8. *Omni negotio tempus est et oportunitas.* Quoad usque veniat dominus. 1. ad iudicandum. Item illud Esaias 3. *Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui.* Unum et dominus dixit Mattheo 7. *Nolite iudicare.* Sed hoc intelligendum est de occultis: de manifestis autem iudicare commissum est a deo hominibus. Item illud deuteronomio 1. *Andite illos: et quod iustum est iudicate.* Sunt enim aliqua manifesta: non solum per euidentiam facti sicut notoria: sed etiam per confessionem: aut testium probationem. Occulta vero deus reseruat iudicio. Sunt autem occulta nobis que latent in corde: vel etiam in abscondito sunt. et de his dicitur in psalmi. *Que dicitis in cordibus vestris: et in cubilibus vestris propinquitati.* Unum homo quidem de his est temerari iudex: sicut iudex delegatus qui excedit formam mandati iudicis de causa non sibi commissa. Est ergo temerarium iudicium quoniam aliquis de dubijs iudicat. Peruersus autem quoniam falsus iudicij profert: et quis non sit iudicandum circa personas: puta ut aliquis iudicet malum hominem qui bonus est: tamen multo grauius est ut iudicij puertat de rebus ipsis: puta si quis diceret virginitate esse malum et fornicationem bonam. Contra quod dicitur Esaias 5. *Ue qui dicitis bonum malum et malum bonum.* Secundo describit perfectiones futuri diuini iudicij dicens. *Qui. 1. dominus ad iudicandum veniens illuminabit abscondita tenebrarum: id est facit esse lucida et manifesta ea que occulte in tenebris facta sunt: et manifestabit consilia cordium. 1. omnia corda.* Item illud Iob 12. *Qui reuelat occulta de tenebris: et producit in lucem abyssi mortis.* Et Sophonia 1. *Scrutabor hierusalem in lucernis.* Quod quidem est intelligendum tam de bonis quam de malis que non sunt per penitentiam tecta. Item illud psalmi. *Beati quorum remissa sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata.* Tertio ponit fructum quem boni reprobabunt de diuino iudicio dicens. *(Et tunc laus erit vnicuique scilicet bonorum a deo.)* Que quidem laus vera erit: quia deus nec decipi nec decipere potest. *Ro. 2. Cuius laus non ex hominibus: sed ex deo est. 2. corinthios 10. Non enim qui seipsos commendat ille probatus est: sed que deus commendat.*



Ec autem fratres transfiguravi in me et apollo propter vos: ut in vobis discatis: ne supra quod scriptum est unus adversus alterum isletur pro alio. Quis enim discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti quod gloriaris quasi non accepisti. Iam saturati estis: iam divites facti estis. Sine nobis regnatis. Et vnam regnetis: ut nos vobiscum regnemus. Puto enim quod deus nos apostolos novissimos ostendit tanquam morti destinati: quod spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Usque in hac hora et esurimus et sitimus: et nudi sumus: et collapsis cedimus: et instabiles sumus: et laboramus operantes manibus nostris. Maldicimur: et benedicimus. Persecutionem patimur et sustinemus. Blasphemiamur et obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium pipsum usque adhuc.

Postquam apostolus reprehendit in corinthiis temeritatem qua ministris Christi iudicabant. hic arguit eorum elationem qua ministris Christi ostentabant. Et circa hoc tria facit. primo proponit quod intendit. 2. rationem assignat. ibi. (Quis enim te discernit.) 3. eorumque preceptum pronice loquens irridet. ibi. (Iam saturati estis.) Circa primum considerandum est quod apostolus supra volens reprehendere ostentationes corinthiorum quas habebant ratione ministrorum: usus fuerat non solum bonorum ministrorum Christi. sicut. s. i. dixit. Unusquisque vestrum dixit. Ego quod sum Paulus. ego autem apollo. ego vero cephe. et supra tertio vbi dixit. siue Paulus: siue apollo: siue cephas: et tamen non gloriabantur de bonis ministris Christi: nec propter eos diffidebant: sed propter pseudo apostolos quos noverant noluit ne videretur ex odio vel invidia contra eos loqui: sed loco eorum posuerat nomen suum et aliorum bonorum predicatorum. et hoc est quod dicit. (Ecce autem fratres.) s. que dixi de ministris de quibus gloriastimini: et quibus ostenditis. transfiguravi. i. figuratim loquens transuli in me et apollo. Dicit enim. puerb. i. Advertet parabolam et interpretationem verba sapientum et enigmata eorum. (Et hoc propter vos.) i. vestram utilitatem. z. corin. 4. Quia propter vos. (Ut in nobis discatis: ne unus vestrum inflaret.) i. superbiat adversus alium primum suum. (pro alio.) s. pro quocumque ministro Christi. (Supra quam scriptum est.) i. ultra formam vobis in premissis descriptam. Dicit enim. sap. 4. Dirupens illos inflatos sine voce.

Deinde cum dicit. (Quis enim te discernit.) Assignat rationem quare unus non debeat contra alium inflari. et primo ponit rationem dicens. (Quis enim te discernit?) Quod potest intelligi dupliciter. vno modo sic. Quis enim te discernit a massa perditorum: tu teipsum discernere non potes. vno modo non habes in te unde contra alium superbias. Et de hac discretionem dicit in ps. Iudica me deus et discerne causas meas de gente non sancta. Alio modo potest intelligi. Quis te discernit. s. superiores facies proprio tuo: quod hoc tu facere non potes. Unum contra eum superbiere non debes. Et de hac discretionem dicit Eccl. 33. In multitudinem discipline domini separavit eos et immutavit vias illorum. Sed inter homines in quantum sunt fideles Christi non est discretio: quod ut dicit Ro. 12. Multi unum corpus sumus in Christo. Et Act. 15. dicit Petrus. Nihil discernit inter nos et illos fide purificationis corda eorum. Secundo excludit quandam rationem. Possent enim aliquis

discerni a bonis vel a malis melior eis existens propter bona que habet: puta fidei: sapientiam et habet. Sed hoc excludit apostolus dicens. (Quid autem habes quod non accepisti.) q. d. nihil. Quia enim bona sunt a deo secundum illud ps. Aperiere te manu tuam omnia implebunt bonitate. Et. z. paral. 29. Tua sunt omnia: et que de manu tua accepimus dedimus tibi: et ex hoc concludit propositum dicens. (Si autem accepisti quod gloriaris quasi non accepisti) ille igitur gloriatur quasi non accipiens que de seipso gloriatur et non de deo: sicut de quibusdam dicit in ps. Qui confidit in virtute sua: et in multitudine divitiarum suarum gloriatur. Et ad hoc pertinet prima species superbie: quod scilicet aliquis superbiendo quod habet dicit a seipso habere. iuxta illud ps. Labia nostra a nobis sunt. quod noster dominus est: Ille autem gloriatur quasi accipiens qui omnia deo ascribens gloriatur de ipso: sicut supra dictum est. Qui gloriatur in domino gloriatur. Sic autem gloriari non est superbiere: sed humiliari sub deo cui homo dat gloriam. secundum illud Eccl. ultimo. Danti mihi sapientiam dabo gloriam.

Deinde cum dicit. (Iam saturati estis.) Irridet eorum superbiam quod apostolos Christi ostentabant. Et primo in generali. 2. in speciali. ibi. (Nos stulti sumus etc.) Circa primum duo facit. primo irridet in eis quod de se nimis presumebant. 2. deridet in eis quod apostolos ostentabant. ibi. (Puto enim quod deus etc.) Circa primum duo facit. primo irridet eos de presumptione qua sibi attribuebant quod non habebant. 2. irridet eos de hoc quod sibi singulariter attribuebant quod singulariter non habebant. ibi. (Sine nobis regnatis.) Attribuebant autem sibi abundantiam bonorum: quorum quedam sunt interiora. et quantum ad hoc dicit. (Iam saturati estis.) i. vobis videtur quod saturati estis. i. abundantiter refecti spirituali dulcedine. de qua dicit in ps. Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Poterat autem eis secundum veritatem dici quod iam saturati estis: non plenitudine: sed fastidio. secundum illud puer. 27. Alia satiata calcabit faenum. Quedam vero bona exteriora: et quantum ad hoc dicit. (Iam divites facti estis: sicut vobis videtur.) s. divitiis spiritualibus: de quibus dicit Esa. 33. Divitie salutis sapientia et scientia. Sile est quod dicit apoc. 3. Dicitis quod divites sumus et locuples valde et nullus ego. Sed contra hoc videtur illud quod supra dixit in principio dicens. Quia in omnibus divites facti estis in illo in omni scientia etc. Sed videndum est quod supra dixit quantum ad bonos qui iter eos erant. hic autem dicit quantum ad presumptuosos quod superbiabant de eo quod non habebant. Potest et aliter distingui satietas et divitie: ut satietas referat ad usum gratie quoque spiritualibus frui. Divitie autem ad ipsos habitus gratiarum. Secundo cum dicit. (Sine nobis regnatis.) irridet eos quod sibi singulariter attribuebant quod non habebant. Unum dicit sine nobis regnatis. i. ita vobis videtur quod regnum ad vos pertinet non ad nos. Sic enim erant decepti a pseudo apostolis ut crederent se solos habere fidei veritatem que in regno dei consistit. apostolus autem et sequentes eius errare. Contra quos dicit Esa. 5. Numquid habitabitis vos soli in medio terre: et ne videatur apostolus ex invidia hoc dicere subiungit. (Utinam regnaretis.) Optat enim ut veram fidem habeant. secundum illud act. 26. Opto oes qui audiunt tales fieri qualis et ego sum exceptis vinculis his. Et ut eis exempla humilitatis prebeat. subiungit. (Ut et nos regnemus vobiscum.) q. d. Si aliqua excellentiam habetis non dedignamur vos sequi: sicut vos dedignamini sequi nos contra illud quod dicit Gal. 4. Quod bonum est emulamini in bono semper. Et est advertendum quod apostolus hic quantum ad tres species superbie tangit. quantum ad primam est quod aliquis reputat se non habere a deo quod habet: quam tangit dicens. (Quid gloriatur quasi non accepisti?) Et hoc etiam potest reduci ad secundam speciem qua aliquis existimat propter meritis accepisse. Tertia species est: qua quis iactat se habere quod non habet. et quantum ad hoc dicit. (Iam saturati estis iam divites facti estis.) Quarta species quam do aliquis de spectis ceteris singulariter vult videri et quod

tum ad hoc pertinet quod dicit. (Sine nobis regnatis.)

Deinde cum dicit. (Puto quod deus etc.) Irridet eos de hoc quod apostolos christi contempserant: et primo irrisorie ponit contemptum: secundo cum contemptus ibi. (Qui spectaculum facti sumus). Dicit ergo primo. Prius dixi quod sine nobis regnat: puto. n. id est vos putare videmini quod deus nos apostolos ostendit nouissimos: cum tamen infra. id est dicat quod deus in ecclesia posuit primum apostolos. Sic. n. implet quod dicitur Mat. 20. Erunt primi nouissimi: et nouissimi primi. Et ponit exemplum. Tanquam morti destinati. Illi enim qui sunt condempnati ad mortem nouissimi habent inter homines: utpote quos indignus sit viuere: et tales apostoli reputantur a mundanis hominibus. secundum illud psalmi. Estimati sumus sicut oves occisionis.

Deinde cum dicit. (Quia spectaculum) assignat causas contemptus. Circa quod considerandum est quod quoniam aliqui sunt condempnati ad mortem conuocant homines ad eorum occisiones quasi ad spectaculum: et maxime fiebat circa eos quod dabantur ad bestias: quod apostoli erant quasi morti destinati subiungit. Quia spectaculum facti sumus mundo: quasi totus mundus concurrat ad spectandum nostram occisionem. Et illud psalmi. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: exponit autem quod nomine mundi intelligat cum subdit. (Et angelis et hominibus). scilicet bonis et malis. Locurebatur. n. ad eorum spectaculum homini angeli ad confortandum: mali autem ad impugnandum: boni homines ad patientiam et exemplum patientie sumendum: mali homines ad persecutandum et irridendum.

Deinde cum dicit. (Nos stulti etc.) Irridet eos in speciali quod apostolos contempserant. Et circa hoc duo facit. Primo ponit contemptum. secundo causas contemptus ibi. (Usque in hac hora etc.) Circa primum irridet eorum contemptum quantum ad hoc quod sibi excellenter: apostolis defectum attribuebant: et primo quantum ad perfectionem intellectus: et quantum ad bonum dicit. (Nos stulti sumus propter christum). scilicet stulti reputamur: quod crucem christi predicamus. supra. id est. Verbum crucis pereuntibus stulticia est: et etiam quod pro christo opprobria et contumelias sustinemus. secundum illud sapientia. Nos insensati vitam illorum estimabamus in insaniam. Item ut legitur act. 26. Sicut dixit paulo. Insanis paulus: multe te habere ad insaniam adducit. Vos secundum vestram reputationem estis prudentes in christo: quod scilicet nec crucem eius publice confiteri audeatis: nec perfectionem sustinetis. prouer. 26. Sapientior sibi videtur piger: septem viris loquentibus sententias. Secundo quantum ad potestatem actionis cum dicit. (Nos firmi reputamur). scilicet exterioribus propter afflictiones quas sustinemus. 2. cor. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Vos autem. scilicet. et vestra reputatione estis fortes. scilicet in rebus corporalibus: quod securi viuunt sine tribulatione. Esai. 5. Ue qui potentes estis ad bibendum vinum: viri fortes ad miscendam ebrietatem. Vos nobiles. scilicet estis. secundum vestram estimationem. id est honore digni: quod exterius contumelias non patimini. Esai. 49. Filii sapientius ego filius regum antiquorum. Nos autem ignobiles sumus. Et vestra et aliorum reputationes: quod contemptibiles habemur. supra. id est. Que contemptibilia sunt mundi: et ignobilia elegit deus. Et tamen secundum rei veritatem est conuerso. Solum enim contemptibiles illi sunt qui deum continent. secundum illud. i. Reg. 2. Qui autem contemnunt me erunt ignobiles.

Deinde cum dicit. (Usque in hac hora etc.) Assignat causas contemptus. Et primo ponit per causas defectum bonorum temporalium. Secundo mala que in eis intelligebantur ibi. (Maledicimur et benedicimur). Tertio eludit intentum ibi. (Tanquam purgamenta). Circa primum duo facit. Primo ponit defectum quem patiebantur in rebus necessariis. Unde ea que pertinent ad victum dicit. (Usque in hac hora) id est continue a conuersione nostra usque in presens tempus esurimus et sitimus. secundo cor. 11. In fame et siti. Quantum ad ad vestitum subdit. (Et nudum sumus). id est propter vestimentorum inopiam: quod est interdum expoliatur Job. 24. Nudos dimittunt homines vestimenta tollere

res quibus non est operimentum in frigore. (Sed est quod dicitur in psalmi. Non vidi iustum derelictum: nec semine eius que res panes. Sed dicendum est: quod ita patiebatur apostoli quod non derelinquebant: quod diuina prouidentia moderabatur in eis et abundantiam et inopiam quantum ad eas expediebat ad virtutis exercitium. Unde et apostolus Phil. 3. Ubique et in omnibus institutus sum et saturari et esurire et abundare et penurias pati omnia possum in eo qui me confortat. Secundo ponit defectum eorum que pertinent ad bonum esse humane vite quorum primum est reuerentia ab hominibus exhibita contra quod dicit. (Et collapsis cedimur) quod quidem fit magis ad opprobrium quam ad penam. Unde de christo legimus. Mat. 26. Qui expuerunt in faciem suam et collapsis eum ceciderunt. Secundo requiritur quies in loco. contra quod dicit. (Et instabilis sumus). Tunc quia expellebatur a persecutoribus de loco in locum. secundum illud Mat. 10. Si vos persecuti fuerint in una ciuitate fugite in aliam. Tunc et quod pro executione sui officii discurrebant. ubique secundum illud Jo. 15. Posui vos ut eatis. Tertio requiritur ministratum auxilium quod dicit. (Et laboramus operantes manibus nostris). Tunc quod aliqui nullus dabat eis unde possent sustentari. Tunc et quod labore manuum suarum victum acgrebant: vel ad vitandum fidelium grauiam vel ad repellendum pseudo apostolos quod pro questu predicabant: ut habet. 2. cor. 12. Tunc et ut daretur otiosus laborandi exemplum: ut habet. 2. thes. 3. Unde dicit paulus act. 20. Ad ea que mihi opus erant et his que mecum sunt ministraverunt manus iste.

Deinde cum dicit. (Maledicimur etc.) Ponit mala que apostoli patiebantur. Et primo in verbis cum dicit. (Maledicimur). id est mala de nobis dicunt homines vel ad detrahendum vel ad contumelias inferendum vel et mala in predicando. Jere. 15. Deus maledicunt mihi. (Et benedicunt). id est reddunt bonum pro malo secundum illud. i. pe. 3. Non reddetes maledictum pro maledicto: sed e conuerso benedicentes. Secundo in factis et quantum ad hoc dicit. (Persecutionem patimur) non solum quantum ad bonum fugamur de loco ad locum quod proprie persecutio dicitur: sed quantum ad hoc quod multipliciter tribulamur. secundum illud psalmi. Multi que persecuntur et tribulant me. (Et sustinemus in christo). scilicet omnia patienter. Ecc. 1. Usque ad tempus sustinebit patienter. Tertio tangit causas vtriusque cum dicit. (Blasphemamur) id est blasphemie imponunt nobis. unde dicimur magi vel malefici et reputamur dei inimici. Et illud Jo. 16. Venit hora ut omnes qui interficiunt vos arbitres obsequium se prestare deo. Et Ro. 3. Sicut blasphemamur ut aiunt quidam dicere: faciamus mala ut veniat bona: tamen obsecramus deum pro his que nos persecuntur et blasphemant secundum illud Mat. 5. Date pro persecutoribus et calumniatoribus vos.

Deinde cum dicit. (Tanquam purgamenta etc.) Concludit ex omnibus premisis eorum contemptum dicens. Et pro omnia predicta facti sumus tanquam purgamenta huius mundi. id est reputati sumus: et a iudeis et a gentilibus ut per nos mundus inquinetur: et pro nostra occisione mundus purgetur: et tanquam simus purissima omnia. De autem purissima quodcumque purgamentum: puta vel poni vel ferri vel cuiuscumque alterius rei. Et hoc usque adhuc quod sit continue hoc patimur. Sed quoniam officiet. Et illud sapientia. Ubi ex ore improborum dicitur. Non sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudine improborum. Et postea subdit. Quod ergo computati sunt inter filios dei. Lectio. III.

Non ut confundam vos hec scribo: sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem milia pedagogorum habeatis in christo: sed non multos patres. Nam in christo iesu per euangelium ego vos genui. Pro ergo vos imitatores mei estote: sicut et ego christi. Ideo misi ad vos thimotheum qui est filius meus charissimus et fidelis in domino: qui vos com-

monefaciat vias meas que sunt in xpo iesu: sicut vbiq; in omni ecclesia doceo. Tanq; nō vēturus sim ad vos: sicut inflati sunt quidaz. Veniam autē ad vos cito: si dominus voluerit: et cognoscā non sermonem eorū qui inflati sunt: sed virtutem. Non enim in sermone ē regnū dei: sed in virtute. Quid vultis? In virga veniā ad vos: an in charitate et in spū mansuetudinis?

¶ Postq; apostolus reprehendit corinthios de hoc q; apostolus temere iudicabāt et presumptuose cōtemnebāt: hic instat ad eorū correctionē: et primo admonitionis vbo. Secundo exemplo ibi. (Rogo ergo vos fratres etc.) Tertio correctionis flagello ibi. (Tanq; nō vēturus sim ad vos etc.) Circa primū tria facit. Primo ponit admonitiōis modū dicens. Nec scilicet que i serie epistole hucusq; vobis dixi. Scribo nō vt confundaz vos: scilicet mala cōfusione: que in desperatione mittit: q̄uis velim vos cōfundi cōfusione: que peccatū vitat. fm illud Ecc. 4. Est confusio adducēs peccatū: et est cōfusio adducēs gratiaz et gloriā. Sed predicta moneo vos vt filios. Ecc. 7. Filij tibi sunt erudi illos et curua illos a pueritia eorū. Secūdo ostendit debitum admonendi dicens. Nā si decez milia pedagogorū habeatis i xpo: sed nō multos patres. Ubi cōsiderandū est q; pater ē qui primo generat: pedagogus autē est qui iā natū nutrit et erudit. Gal. 3. Lex pedagogus noster fuit in christo. Dicit ergo apostolus se patrē eorū in xpo: quia eis primo euāgelium predicauit. Unde assignās rationē eius qd dixerat subdit. Nā in christo iesu per euāgelium vos genui. Est autē generatio processus ad vitā: homo autē viuūt in xpo p fidē. Gal. 2. Quis autē nunciuo in carne i fide viuo filij dei. Fides autē vt dicit Ro. i. est ex auditu: auditus autē p vbu. Unde verbū dei est semē quo apostolus eos genuit i xpo. Uñ Jac. i. Volūtariē nos genuit vbo vitatis. Alios autē dicit pedagogos: q; postq; fidē receperāt eos adiunxerunt: vt intelligat esse eadē cōparatiō q̄tuz ad predicationem euāgely pedagogi ad patrē: q̄ supra. 3. posita ē rimatoris ad plantatorem: et superedificatoris ad fundatorem.

¶ Deinde cū dicit. (Rogo ergo vos fratres) instat ad corrigendū eos suo exemplo. Et primo hortat eos ad imitandū suū exemplū dicens. Ergo ex quo estis filij cū bonorū filiorū sit imitari patres: rogo vos imitatores mei estote. s. vt nō temere iudicetis: sicut nec ego: q; neq; me ipsum iudicare presumo: et d vobis humilia sentiatis: et de alijs maiorā. Unde nō sine causa tali modo loquēdi vltus ē. Nos infirmi. Vos fortes. 2. thess. 3. Ut formā nosmetipos daremus vobis ad imitandū. Aduertēdū est autē q; eosdē q̄s supra filios nominauit nūc nominat fratres. Dixerat autē suos filios in xpo: q; eos nō sibi: sed xpo genuerat: et q; ipse genitus erat a xpo: ex sequēti eos habebat vt fratres et filios. Intantū ergo debebant eū imitari vt patrē inq̄stum: et ipse xpm imitabatur: qui est oīuz principalis pater. Et p hoc subtrahit subditis occasio de adherēdo malis exemplis prelatorū. Unde in hoc subditi soluz prelatos imitari debēt in quo ipsi xpm imitant: qui ē infallibilis regula veritatis. Unde seipsum apostolis in exemplū posuit. Jo. 13. Exemplū dedi vobis vt quēadmodū ego feci etc. Quod q; dez exemplū paulus sequebat. fm illud Job. 23. Vestigia eius secutus est pes meus: viā eius custodini et nō declinaui ab ea. Secūdo remouet excusationē ignorantie dicens. (Ideo misi ad vos thimotheū qui ē filius meus charissim⁹ et fidelis in domino) fm illud Phil. 2. d. Thimotheo loquēs. Neminē habeo ita ynanimē qui sincera affectiōe pro vobis sollicitus sit. Qui vos cōmonefaciat vias meas

.i. g vos doceat meos processus: id est omnia opera et moneat vos ad ea sequēdū. fm illud Jere. 6. Interrogate de semitis antiquis que sit via bona et ambulate i ea. Que q; dez vie sunt in xpo: et ideo nō debetis dedignari eas sequi. fm illud ps. Vias tuas dñe demonstra mihi. Et nō videatur vobis hoc onerosum: q; hoc cōmunitē omnibus ipono. Unde subdit. Sicut vbiq; in ecclesia doceo. col. i. Audistis veritatis euāgelium qd puenit ad vos: sicut et i vniuerso mundo. Vel hoc qd dicit. Vias meas referendum ē ad opera. Qd vero dicit. Sicut et vbiq; ad documenta. Ad B enim missus erat thimotheus vt induceret eos ad imitanda opera et tenenda apostoli documenta.

¶ Deinde cum dicit. (Tanq; nō venturus sim ad vos) cōminat eis correctionis flagellū. Et primo ostendit eos eē dignos correctionis flagello dicens. (Tanq; nō vēturus sim ad vos) inflati sunt quidā. s. vestrū quasi nō timētes p me de sua superbia cōvinci: et tamē digni sunt flagellis: nā humiles solis verbis corrigunt: superbi flagellis indigent. fm illud Job. 40. Respice cūctos superbos et cōsum de eos. Secūdo prenuñciat eis suū aduentū quo veniat ad iudicandū: vbi primo prenuñciat aduentū dicens. (Veniaz autē cito ad vos) Et q; dicit puer. i. 6. Cor. hoīs disponit viā suā: sed domini est dirigere gressus ei⁹. Ideo subdit. (Si domin⁹ voluerit) Ja. 4. Si domin⁹ voluerit et si vixerimus faciemus hoc aut illud. Secūdo prenuñciat eis suam iudiciariā cognitionē: cui dicit. (Et cognoscā) scilicet ordine iudiciario. fm illud Job. 29. Lausaz quā nesciebas diligentissime inuestigabas. Nō sermonē eorū qui inflati sunt: sed virtutes. q. d. Nō propter hec ex mea examinatione approbabūtur qui abundant in verbis: sed si abundarent in virtute: quia vt dicitur puer. i. 4. Ubi verba sunt plurima ibi frequēter egestas. Tertio rationem assignat dicens. (Non enim in sermone est regnū dei: sed in virtute) id est nō ideo aliqui pertinent ad regnū dei qui abundant in sermone. fm illud Mat. 7. Nō omnis q; dicit mihi dñe domine intrabit in regnū celoz: sed qui facit voluntatē patris mei. Ultimo cōminatur eis correctionē: re seruans tñ correctionē arbitrio eorū dicens. (Quid vultis i virga) scilicet discipline veniā ad vos scilicet castigados an in charitate id est in ostensioe amoris: et in spiritu mansuetudinis: vt scilicet nihil durius vobiscū agaz: hoc enim pendet in vobis. Nā si vos in via stulticie pmanetis oportet me ad vos cū virga venire. fm illud prouer. 22. Stulticia colligata est in corde pueri et virga discipline fugabit eā. Si vō vos correxeritis ostendā vobis charitatē et mansuetudinē. Gal. vltimo. Vos qui spūales estis instruite hō i spū lenitatis: B autē nō dicit qn si i virga veniēs nō cū charitate veniret: cū scriptū sit puer. i. 3. Qui perit vge odit filiū suū: q; at diligit illū istāter erudit: s; q; ille q; castigat vga nō sentit iterdū dulcedinē charitatis: sic illi q; blāde solat.

CAP. V. Lectio. I.



Dnino ostenditur inter vos fornicatio: et talis fornicatio q̄lis nec inter gentes: ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis et non magis luctum habuistis vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit? Ego quidem absens corpore: presens autē spiritu iam iudicaui vt presens eum qui sic operatus est in nomine domini nostri iesu christi congregatis vobis et meo spiritu cum virtute domini iesu tradere huiusmodi hominez satbane